



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrio, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio XXIII. An in hoc crimine dignitas à tormentis excuset?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

tur ad quæstionem l. D. Pius D. de quest. & cum in hoc criminis strigūraro vel nunquam aliter queat veritas haberi, quia conuenit de nocte, & in locis desertis, & talia crimina sunt difficilis probationis. Menoch. de arbit. cas. 116.n. 14. Camillus Compeg. In addition. ad Zanchin. cap. 9. verb. num. quid poterit torque ri: Sequitur in hoc crimeni ut in alijs occultis promptiorem ad torquendum debere esse iudicem. Idem in atrocioribus probatur, quia quo grauior morbus, hoc opus est remedio efficaciore & celeriore. Confirm. ex præcedentibus, quia si in his criminibus ad torquendum leuiora sufficiunt indicia ut probatum quæst. 12. certe sequitur iudicem in his ad torquendum promptiorem & faciliori esse debere. l. vbi C. de fals. hoc tenent Bald. in l. nemo deinceps C. de Epist. aud. num. 3. Alex. conf. 62. nu. 5. lib. 3. Gramm. decif. 33. n. 4. decif. 34. nu. 38. & conf. 33. n. 17. Igneus in l. 1. §. ferni n. 75. D. ad Syllan. Brunus de indic. 2. p. q. 80. nu. 2. Abb. in c. at si clerici in fine principij de indic. Boſſius de indic. n. 172. & 195. Clarus q. 64. nu. 6. qui vocat communem, & sane ibi in addit. Giarcharus. lit. H. & Baiardus n. n. 19. multos allegant, idem defendit Bonsf. d. concl. 6. v. 6. & vñanimiter sic responderunt interrogati DD. Ingolstadienses Theologii & Turiferiti anno 1590. Patauni Bononiens. & Fratriburg. Anno 1602. nec dubitandum hac de re puto.

QUÆSTIO XXIII.

An in hoc crimeni dignitas à tormentis excusat?

 Vnde ordinario nobilitas & dignitas à tortura excusat, l. edictum D. de question. lib. milites eo. tit. Gramm. voto. I. Boſſius de indic. num. 102. usq; 114. exci-

A piunt quidam, nisi in officio deliquerint, vt idem Boſſ. n. 16 & Clarus §. fin. qn. 64. n. 16. sed exceptionem non approbant alij, cum Vulpello Farinac. d. q. 41. n. 48. Haud scio tamen an in iudicij: nō magis obtineat rigidior illa.

B Hoc scio in crimeni maleficij, vt in cæteris exceptis, nec nobilitatem nec dignitatem per se excusare à tormentis, textus sunt apertissimi. L. eti excepta C. malef. l. de minore in pr. D. de question. l. Decuriones C. eod. l. nullus. l. si quis alicui C. ad leg. lul. Maiest. l. proditores D. de re milit. l. si quis Decurio C. de fals. a. in fidei de hæret. Marsil. d. l. editum. Boſſius, de indic. n. 115. Damhauer. in pract. crim. cap. 41. rub. qui à tortura sint excusandi. nu. 7. Gramm. voto. 25. n. 5. Grill. de quæst. q. 4. Couarr. l. 2. var. ref. cap. 9. Binsf. in d. l. eti excepta concl. 7. Farin. q. 41. num. 100.

C Leuius tamen torquendos docet Tiber. Decian. conf. 93. num. 137. fol. 2. quod æquum est, vt & illud: contra tales exigi indicia clariora quam cōtra alios, per tradita à Vulpello cons. 141: in princ. quem sequitur Baiard. ad d. Clari q. 64. num. 63. Verumtamen etiam hec duo ab arbitrio iudicis dependent: quia cum reatus omne priuilegiū ademerit, iuxta fran. Marcum decif. 709. p. 1. tantum licebit iudici, cum illis qui priuilegio sunt exutis in peccatum facinoris de quo suspecti merito videntur, quantum cum illis qui nunquam priuilegio adiuti fuerunt.

QUÆSTIO XXIV.

An in atrocioribus maior debeat adhiberi tortura, quam in alijs criminibus.

E Si cætera paria sint, & aliunde nihil obstat, certum est in his acerri-
mam esse torturam adhibendam,

per